

armis afferunt: tū receptu cōmeatuq; iuuant. Nouissime aut maxio genuē
 si bello (Sic. n. tum pp magnitudinē tum pp pericula appellauere) foroiu
 liani Vngari Genuēses. Patauiniq; federe coniuncti Venetum oīno nomē
 excindere cōati. Iustiore partē deus nō adiuuit solum: sed et imperio au
 xit. Ducatum Marcellus tenuit annos nouē dies. xxi. Cōcilio rursum apd
 Heracliam indicto: ursus sufficitur nobili genere āno Domini. vcc. xxvi.
 Venetū nomē magnitudine aī: & rebus prēclare gestis prius illustrat. Ex
 citata est sub hoc duce Veneta iuuentus mirū imodū ad arma tractanda.
 Nā qui: cū corporum agilitate tū robore prāstarent: aīs uero nulli ferme
 genti cederent: Nactos ducem spectatore laudatoreq; uirtutis. Pudere iā
 semper p uxoribus & liberis arma capere. Impune licere non solū accolis
 paludiū: sed hīstris quoq; & dalmatis ī se insurgere: damnis afficere: Cum
 interea uindictā capere & penas repetere nō daretur: Neminē nō uidere qd
 sibi uelit hāc patientia. Quid enī aliud: q̄ ut quotidie magis magisq; & ho
 stibus animi & Venetis metus accrescat: Itaq; exercere eos ursus decreuit:
 & lucta firmandis membris & iaculo & sagitta. In primis scorpīoe. Quā
 machina semp in precio habita est apud Venetos: nō quidē ut Rotula in
 tenderet: quā molinellū uocant: ut nūc solet. Cuius quidem rotulę nec no
 mē tūc fuit: nec usus. Pudor erat alio uti auxilio. Sed succinctis unco fer
 reo renibus: ut stantes assuescerent: firmo gradu simul & machinā tēdere:
 & sagittā emittere. Nec labare pedibus mouente nauī: sed ictum statim ī
 geminare. Ad ea quoq; ursus armatorū militū numerū ī singulis auxit na
 uibus. Adeo aut & agilitate & ad oēm ferendā tempestatē firmitate idone
 as reddiderunt: ut & Liburnicas & Dalmatichas: quarū celebre semp fuit
 nomē: omni prēstando officio superaret. Itaq; nō iam cōtenti prēdones: pi
 ratasq; in fugā uertere: insequi eos etiā: & in eorū portus irrūpere: munitio
 nes ingredi: in terrā descendere mētia turreseq; tentare: cōcremare nauigia:
 prēdas agere. Classes impatorię eos maxie sarrhacenorū tpibus ut supra
 diximus naualibus pugnis exercuerunt. Erant ea tēpestate grēci: sicut fere
 semp antea rei nauticę principes. Cū his Veneti militabāt: & stipendia age
 bant: aut auxilio erāt īperatoribus: Disciplinā itaq; naualem diuturna bel
 lorū cōsuetudine ab his maxie accipere. Magnū aut egregiūq; Venetę gen
 ti nomen & decus peperit Rauennę urbis receptio: quā nūc scribemus. Ut
 nō tā lāgobardorum deinceps nomē uereri aut formidare q̄ uelut ex equo
 laceffere uiderentur posse. Nam dū Luitprandus ciues Rauēnates parti
 bus discissos animaduerneret: & nobilitatē actam in exiliū: Eāq; ciuitatis
 partem nomini impatoris infensam copiis admotis: expugnādi eam urbē
 periculum facere instituit. Cū uero spes minus succederet: Classense iuxta
 oppidū capit diripitq;. Parat deinde Rauēnatem obsidionē acrius urgere.
 Cēterū Luitprandi cōcepto aliunde exortū impedimētū. Nā Carolus forte

omnium m. g. d. n. i.
 v. j. s. 726.